Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8322
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Principium exorciſandi et con„iurandi dæmoniacum ſi„ uè obſeſsum.

Exorciſta ante omnia prius faciat puram confeſsionem, cum firmo proposito amplius abſtinendi à peccatis. Deinde accedat ad imaginem crucifixi, et cum magna deuotione dicat

Hymnum

Rex Christe factor omnium, redemptor et credentium, placare uotis ſupplicum, te laudibus colentium.

Cuius benigna gratia, crucis per alma uulnera, uirtute ſoluit ardua, primi parentis vincula.

Qui es creator ſyderum, tegmen ſubiſti carneum, dignatus hanc uiliſsimam, pati doloris formulam.

Ligatus es ut ſolueres, mundi ruentis complices, per probra tergens crimina, quæ mundus auxit plurima.

Cruci redemptor figeris, terram ſed omnem concutis, tra„dis potentem ſpiritum, migreſcit omne ſeculum.